



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

Feria quarta quatuor te[m]po[rum] me[n]sis septembris. Statio ad  
sancta[m] mariam maiore[m]. Introitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

vocati estis cum omni humi-  
litate et mansuetudine: cum pa-  
tencia supportantes invicem  
in charitate. Solliciti serua-  
re unitatem spiritus in vinculo  
pacis. Unum corpus et unus  
spiritus: sicut vocati estis in una  
spe vocationis vestre. Unus  
dominus: una fides: unum ba-  
ptisma. Unus deus et pater omnium  
qui est super omnes: et pater omnia:  
et in omnibus nobis. Qui est benedictus  
in secula seculorum amen. **Grad.**  
Beata gens cuius est dominus deus  
eorum: populus quem elegit dominus in  
hereditate sibi. **V.** Verbo domi-  
ni celi firmati sunt: et spiritu oris  
eius omnis virtus eorum. **A.** Halleluia.  
**V.** Domine exaudi orationem meam: et  
clamor meus ad te perveniat.  
**I.** **Scdm matheum. xvij. ca.**  
In illo tempore: Accesserunt  
ad iesum pharisei: et interro-  
gavit eum unus ex eis legis do-  
ctor: tentans eum et dicens: Magis-  
ter quod est mandatum magnum in  
lege? **Et** illi iesus: Diliges  
dominum deum tuum ex toto corde  
tuo: et ex tota anima tua: et ex  
tota mente tua: **hoc** est maxi-  
mum et primum mandatum. **Secun-**  
**dum** autem simile est huic: **Dili-**  
**ges** proximum tuum sicut teipsum.  
**In** his duobus mandatis uni-  
versa lex pendet et prophete. **Co-**  
**gregatis** autem phariseis: inter-

rogavit eos iesus dicens: Quid  
vobis videtur de christo cuius fi-  
lius est? **Dixit** ei: David. **Et** ait  
illis: Quomodo ergo david in spiritu  
vocat eum dominum dicens: Dixit  
dominus domino meo: sede a dextris  
meis: Donec ponam inimicos  
tuos: scabellum pedum tuorum. **Si**  
ergo david vocat eum dominum:  
quomodo filius eius est? **Et** nemo  
poterat respondere ei verbum:  
neque ausus fuit quisquam ex illa  
die amplius eum interrogare.  
**Officium.** **O**raui deum meum ego da-  
niel dicens: exaudi domine preces ser-  
vi tui: illumina faciem tuam super san-  
ctuarium tuum: et propitius intende  
populum istum super quem invooca-  
tum est nomen tuum deus. **Secundum.**  
**M**iserere tuam domi-  
ne suppliciter depre-  
camur ut hec sancta que geri-  
mus: et a preteritis delictis nos  
exuant et futuris. **Per. C. Dio.**  
**C**onete et reddite domino deo vestro  
omnes qui in circuitu eius affer-  
tis munera terribili et ei qui au-  
fert spiritum principum terribili  
apud omnes reges terre. **Postea.**  
**S**anctificationibus tuis  
opus deus et vitia nostra  
curentur: et remedia nobis eter-  
na proveniant. **Per. Feria**  
**quarta quatuor temporum mensis**  
**septembris. Statio ad sanctam**  
**mariam maiorem. Introitus.**

**F**ultate deo adiutori  
 nro: iubilate deo ia/  
 cob: sumite psalmū  
 iocūdu cum cythara  
 canite in ius mensis tuba: quia  
 pceptū in israel est: et iudicium  
 deo iacob. **Ps.** Testimoniū in io/  
 seph posuit illud: cum exiret de  
 terra egypti. **Ps.** Gloria. **Orem.**  
 Slectamus ge. **Leuate. Dio.**  
**M**isericordie tuere me /  
 dijs qsumus domine  
 fragilitas nostra subsistat: vt  
 que sua cōditiōe atterit: tua  
 clemētia reparetur. **Mer. Le**  
**ctio amos prophete. ix. capi.**  
**H**ec dicit dominus deus:  
 Ecce dies veniūt: et cō  
 prehēdet arator messorē: et  
 calcator vine mittētem semē.  
 Et stillabūt mōtes dulcedinē  
 Et omnes colles culti erunt.  
 Et puertā captiuitatem ppli  
 mei israel: et edificabūt ciuita  
 tes desertas: et habitabūt i eis:  
 et plātabūt vineas et bibēt vi  
 num ear: et faciēt hortos et co  
 medēt fruct. **Op.** Et plātabo  
 eos sup humū suā: et nō euellā  
 eos vltra de terra sua: quā de  
 di eis: **Dicit dñs ops. Grad.**  
 Quis sicut dñs deus noster q in  
 altis habitat: et humilia respicit  
 in celo et in terra. **Ps.** Suscitans a  
 terra inopem: et de stercore eri  
 gens pauperem. **Sequit. Do/**

minus vobiscum. **hinc Slecta**  
**P**mus genua. **Oratio.**  
 Resta q̄s domine fami  
 lie tue supplicāti: vt dum a ci  
 bis corporalibus se abstinēt:  
 a vitijs quoq; mente ieiunet.  
**Les libri esdre neemie. viij. c.**  
**I**n diebus illis: **Lōgre/**  
 gatus est omnis ppl's q̄si  
 vir vnus ad plateam: que est  
 ante portam aquarū: et dice  
 rūt esdre scribe: vt afferret li  
 brum legis moy si: quā pcepe  
 rit dominus israeli. **Titulit er/**  
 go esdras sacerdos legē corā  
 multitudine viroz ac muliez  
 cūctisq; qui poterant intelli  
 gere in die prima mēsis septi  
 mi: et legit in eo aperte in pla  
 tea: que erat ante portā aqua  
 rum: a mane vsq; ad mediu  
 diem: in conspectu viroz ac  
 mulierum et sapientiū. **Et au**  
**res omnis populi erāt crecte**  
**ad librum. Stetit autē esdras**  
**scriba super gradum ligneū**  
**quem fecerat ad loquēdū: et**  
**steterūt leuite iuxta eum. Et**  
**aperuit esdras libru coraz oi**  
**pplō. Et bñ dixit esdras dño**  
**deo magno. Et respōdit ois**  
**ppls. Amē amē eleuātes ma**  
**nus suas: et incuruati sūt: et a**  
**dozauerūt deū pni in terram.**  
**Porro leuite filētū faciebāt**  
**in pplō ad audiēdam legem**

Hys autem stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis dei distincte et aperte ad intelligendum. Dixit autem neemias sacerdos: et esdras scriba: et leuite interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatus est domino deo nostro: nolite lugere: et nolite flere. Et dixit eis. Ite et comedite pinguia: et bibite mulsum: et mittite parites eis qui non preparauerunt sibi: quia sanctus dies domini est. Et nolite tristari: gaudium etenim domini est fortitudo vestra. **Grad.** Beata gens cuius est dominus deus eorum: populum quem elegit dominus in hereditatem sibi. **V.** Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. **Scdm mar**  
**I**n illo tpe: **cu. ix. caplo**  
 Respondens vnus de turba dixit ad iesum. Magister attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum: qui vbiq; cum apprehenderit allidit eum: et spumat et stridet dentibus et arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijceret illum: et non potuerunt. Qui respondens dixit eis. O generatio incredula: quomodo diu apud vos ero: quomodo diu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset illum: statim spiritus

turbauit eum: et elisus in terra volutabat spumas. Et interrogauit patrem eius. Quantum tempus est ex quo ei hoc accidit? Et ille ait: Ab infantia. Et frequenter eum et in igne et in aqua misit vt eum perderet. Sed si quid potes adiuua nos miserus noster. Iesus autem ait illi: Si potes credere: omnia possibilis sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis agebat: Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret iesus concurrere turbam: comminatus est spiritui immundo: dicens illi: Surge et mute spiritus ego tibi precipio exi ab eo: et amplius non introeas in eum. Et clamans: et multum discerpens eum exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent quod mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit eum et surrexit. Et cum introisset in domum: discipuli eius secrete interrogabant eum. Quare nos non potuimus eicere illum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. **Offert.** Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. **Secreta.**  
**H**ec hostia domine: que emundet nostra delicta: et ad

**Seria. vii. quatuordecim**

sacrificiū celebrandū subdi-  
torū tibi corpa mētēsque sancti-  
ficet. **Ps. Cōio.** Comedite pin-  
gui et bibite mulsam: et mittite  
partes eis qui nō pparauerunt  
sibi: scētis etenim dies dñi est: no-  
lite cōtristari: gaudiū eteniz dñi  
est fortitudo vestra. **Postcom.**

**S** Alentes dñe dona ce-  
lestia suppliciter depeca-  
mur: vt q̄ sedula seruitute te  
donate gerimus: dignis sensi-  
bus tuo munere capiam⁹. p.

**Seria. vii. Statio ad sanctos  
duodecim aplos. Introitus.**

**R** Etetur cor querentiū  
dñm: querite dñm et  
confirmamini: que-  
rite faciē eius semp.

**Ps.** Confitemini dño et inuocate  
nomen eius: annūciate inter gē-  
tes opera eius. **Ps. Bñia. Dio.**

**P** Resta q̄s ops deus: vt  
obseruatōes sacras an-  
nua deuotiōe recolētes: et cor-  
pore tibi placeam⁹ et mēte. p.

**Leccio osee pphete. xiiij. ca.**

**R** uertere israel ad dñm  
deū tuū: qm̄ corruisti in iniq-  
tate tua. Tollite vobiscū ver-  
ba: et cōuertimini ad dñm: et  
dicite ei: Omnē aufer iniqta-  
tē: accipe bonū: et reddemus  
vitulos labioꝝ nꝝozꝝ. Assur  
nō saluabit nos: super equos

nō ascēdemus: nec dicemus  
vltra: dñi nostri opa manuum  
nꝝarū: qz eius q̄ in te est mise-  
reberis ppli. Sanabo contri-  
tiones eoz: diligā eos sponta-  
nee: qz auersus est furor meus  
ab eis. Ero quasi ros: isrl ger-  
minabit quasi liliū. Et erum-  
pet radix eius: vt libani ibūt  
rami eius. Et erit quasi oliua  
gloria eius: et odor eius vt li-  
bani. Cōuertentur sedētes in  
vmbra ei⁹: viuēt tritico: et ger-  
minabunt quasi vinea. Adre-  
moriale eius sicut vinū liba-  
ni. Ego exaudiā et dirigā eū:  
ego vt abietē virentem ex me  
fructus eius inuētus ē. Quis  
sapiens et intelliget ista: intel-  
ligēs et sciet hec? Quia recte  
vie dñi: et iusti ambulabūt in  
eis. **Grad.** Cōvertere dñe ali-  
quātulū: et deprecare sup seruos  
tuos. **Ps.** Dñe refugiu factus es  
nobis a generatiōe et progenie.  
**Scdꝝ lucā.** In illo tpe: Ro-  
gabatur iesum quidā pharise⁹.  
**folio 55. Offer.** Bñdic anima  
mea dñm: et noli obliuisci omnes  
retributiōes eius: et renouabit  
sicut agle inuētus tua. **Ps.**  
**A** ne q̄m̄s nostri dona te-  
iunij: que et expiādo nos tua  
gratia dignos efficiāt: et ad se-  
piterna pmissa pducant. **Ps.**